

*1100*  
*20*  
*1400*  
*Am 8 Sen 5 2 100*

# DECLARATIO

NES DES. ERASMI ROTERODAMI, AD  
Censuras Lutetiæ uulgatas sub nomine Facul-  
tatis Theologiæ Parisiensis, uigilanter  
recognitæ per autorem, & auctæ.

*Autoris  
Lammati.*

*A. 3. 5. 6.*

*L. C.*

*Opera omnia  
multa iniquis  
et peccatis*

*Erasmii cause legende, per  
correctione digna, ut sic omnia*

FRO BEN.

*3365*



IN OFFICINA FROBENIANA ANNO  
M. D. XXXII MENSE SEPTEMB.

Cum gratia & priuilegio Cæsareo ad sex annos



PRAEFATIO DESPERATI  
SMI IN DECLARATIONES SVAS.



QVIDEM sperabam tandem huiusmodi rixatum finem, uel delasatis impetentium animis, qui si non contigisset, animus erat mihi silentio pertinaci quietem ab irrequietis redimere. Nam quod Alberto Pio respondi, nominis

illius celebritati datum est, quae me uidebatur grauatura potius quam res ipsa. Caeterum simul atque praeter omnem expectationem prodierunt censurae titulo facultatis Theologiae Parisiensis, plane fluctuabam animo, reputans, nec tutum obticescere, ne uel tam celebris collegij maiestatem uiderer habere contemptui, uel agnoscere quae intentantur: nec respondere, ne peruicaciae tribueretur quod non uerer sacratissimae facultatis oraculis respondere. E duobus malis quando utrunque uitari non poterat, in id quod leuius uisum est, incurrere malui. Leuius enim existimarim, haberi procacior, quam impiorum autor dogmatum. Quanquam mea responsio multum abest ab improbata quorundam pertinacia, qui quod

## PRAEFATIO FACULTATIS



DECANVS & facultas Theologiae Scholae Parisiensis omnibus fidelibus in Christo salutem. Cum à nobis anno domini millesimo quingentesimo uicesimo sexto circa finem Iulij, à multis & grauibus uiris quaeretur quid sentiendū foret de quibusdam propositionibus excerptis è Paraphrasibus Desiderij Erasmi in nouum testamentū, & similiter de quibusdam alijs extractis ex quodam eius libello dictarum propositionum defensiuo, qui dicitur Elenchus, necnon & paucis alijs in alijs illius libris repletis: Nos rationē reddere uolentes, de ea quae in nobis est, fide:re diutius atq; maturius perspecta, & inter nos discussa, tandē nō solū super dictis propositionibus respondendum censuimus, sed & rationes & scripturarum testimonia pro instituti breuitate, pauca ad cautelam subiicere, ubi opus uisum est, curauimus: ut clare agnoscat qui ista lecturi sunt, tantam esse uim ueritatis, ut quamuis interdum impudenti insipientium hominum temeritate exagitetur, nūquam tamen possit conuelli. Nam si aduersus eam portae inferorum praeualere nequeunt, neq; certe potestas ulla super terrā praeualebit. Proinde nō solent uiri prudētes etiā ethnici pertinaci animositate ea tueri quae leuius forsan aut incōsultius asseruere, ubi ueritas ipsa, ratione reddita, manifeste cognoscitur. Caeterum in conclusione praesentis operis huiusmodi nostri instituti ratio pluribus explicabitur.

uocari poenam, nisi ut ab Eucharistia sumenda reli-  
quisq; sacramentis arceatur. Cæterum nec à sacris,  
nec à concionibus excludatur.

## CENSURA

Consilium hoc quantū ad id quod suadet petendum à  
paruulis baptizatis dum iam sunt adulti, ratum ne habe-  
ant quod susceptores illorū nomine in baptismo promi-  
serunt, & si non approbent, fortassis expedire eos relin-  
qui animo suo donec respiscant: nec interim aliter puni-  
ri, nisi quod non tradātur eis sacramenta ecclesiæ, impiū  
est, & in perniciem uergit fidelium, uiam aperiens abo-  
lendæ Christianæ religioni.

## RATIO

Si enim q; paruuli baptizati sunt, ubi adoleuerint, inter  
rogati negent se rata habere quæ susceptores nomine il-  
lorū polliciti sunt, mox & ipsi suæ peruersitati adhæren-  
tes à Christianismo deficerent, & eorum exemplo mul-  
ti alij. In dubium præterea reuocare an baptizati paruuli  
ubi ad annos discretionis peruenerint, possint cogi ad ten-  
endam fidem catholicā, apertam præfert impietatem.  
Nam cū fide teneatur, baptizatos paruulos esse fideles  
filios dei & hæredes regni cœlestis, fide quoq; tenēdum  
eosdē iā adultos esse de gremio ecclesiæ: ideoq; eisdem le-  
gibus esse obnoxios, quibus cæteri orthodoxi astringun-  
tur: haud secus q; aliarum communitatum paruuli, ubi  
ad pubertatis annos peruenerint, legibus suarum politi-  
arum deuinciuntur: quamuis in illas formaliter per se non  
cōsenserint. Vnde nec minus possunt cogi paruuli Chri-  
stianorum baptizati, ad fidem Christi seruandam, quam  
olim paruuli Iudæorū circumcisi, ad legem Mosaicam:  
de quibus tamen nefas est hæsitare. Sub lege siquidem

## DETERMINATIO FACVL

TATIS SACRAE THEOLOGIAE IN ACADEMIA PARISIENSI, SUPER FAMILIARIBUS COLLOQUIIS DESIDERII

ERASMI ROTERODAMI, CONCLUSA MENSE MAIO, ANNO

M. D., XXVI.



Anno Domini millesimo quingentesimo uicesimo sexto die decimasexta mensis Maij, fuit cōgregata facultas theologica per iuramentum in collegio Sorbonæ, ad deliberandum finaliter, quid esset agendum de libro, qui inscribitur Familiarium colloquiorum formulæ, per Desiderium Erasmus &c. Nunc autem idem liber plurimum auctus inscribitur Familiarium colloquiorum opus, multis nominibus utilissimum. Super quo quidem negotio iam sæpius factus fuerat sermo, tam inter deputatos, quam in pleno magistrorum confessu. Et die hesternæ post multa super ea re in ipsa facultate sedenti apud sanctum Maturinum post missam ( ut moris est ) proposita ut maturius materia ipsa discuteretur, remissa est ad hunc diem decimum sextum, quo in omnium magistrorum presentia repetita sunt & memorata, quæ per deputatos prius diuersis uicibus fuerant adducta: uidelicet quod per auctorem dicti libri, quisquis is esset, ieiunia & abstinentiæ ab Ecclesia indicta parui penduntur, beatæ uirginis Mariæ & sanctorum aliorum pro ludibrio habentur suffragia, uirginitas si coniugio cōferatur, nullius est aut parui momenti, religionis etiam dissuadetur omnibus ingressus. Item arduæ difficilesque quæstiones grammaticulæ cōtra per magistros in artibus iurata statuta proponuntur, unde facile in errores prolabi possunt: & plurima cōsimilia perperam in dicto libro tractantur. Quibus diligenter at-

T 2 tentis

## ERRATA CASTIGANDA

Pag. 21. uersu 2. pro fune, lege fuste pag. 35. uers. 7.  
 lege, charitatis est pag. 43. à fine, 12. pro nunç lege,  
 nusquam pag. 74. uersu .3. relicto, lege, relato  
 pag. 87. uers. in declaratione, 5. lege, coniugij com-  
 modis pag. 104. uersu .5. pro quo actu, scribe, quo  
 ritu pag. 105. uers. 2. pro beneficia, lege, benefacta  
 pag. 124. uers. declarationis ultimo, lege, quam non ad-  
 iuuat pag. 140. uers. 3. dele, domini pag. 171. uersu  
 ab imo, 8. leg. agnoscunt pag. 173. uers. in propo. pe-  
 nultimo. pro in murmurant, lege murmurant pag. 189.  
 uers. à fine 9. leg. Hieronymus ad Menerium pag. 194.  
 uers. 5. pro etiam, lege, enim pag. 199. uers. penultimo  
 lege, facit pag. 200. uers. 10. & 11. lege, nescierit pag.  
 203. uers. 15. pro, animarum, scribe, animorum Hinc  
 uers. 10. expunge, de, & sic lege, & confide medico  
 pag. 227. uers. 14. scribe, contrectes pag. 228. uers. à  
 fine, 3. lege, ieiuna bis &c. pag. 197. in fine. Non hoc  
 commemoro &c. usque ad finem declarationis. Non est  
 suo loco sed poni debet ut opinor pag. 192. die  
 dium post hæc uerba, in sacris codicibus:

BASILAEAE IN OFFICINA FROBENIANA  
 apud Hieronymum Frobenium, & Nicolaum  
 Episcopium M. D. XXXII  
 Mense Septembri